

TABVLA
RECITATIONVM

IN


ACADEMIA LVDOVICIANA

PER SEMESTRE HIBERNVM

A DIE XIII. OCTOBR.

CICIDCCLXXVI.

INCHOANDARVM.



GISSAE,
APVD IOANNEM IACOBVM BRAVN, ACAD. TYPOGR.

RECTOR
ACADEMIAE LVDOVICIANAE
D. IOH. GEORG. BECHTOLD
CVM SENATV.

Tot tamque egregiis sententiarum luminibus, *Aestimatifsimi Commilitones*, carmina *Flacci* distincta esse, vt loci communes iuuentuti vtilis integris libellis ex eo collecti sint, *Vos* non fugit. Factae praeterea fuerunt *parodinae* atque accommodationes innumerae singularum *Odarum*, inter quas insulsae atque ineptae satis plurimae reperiuntur, immo & profanae, veluti illa, quae *Glycerae* nitorem ad *Christi* gloriam transferre ausa est. Quum autem a *Vobis* carmina *Horatii* in deliciis habenda censeamus haberique sciamus, verbis *Venusini* poetae *Vos* admonere haud incongruum videretur. Ipsam *primam primi libri Odam* sententiis, quae in *Vestrum* usum conuerti queunt, foecundissimam esse putamus: Quod si enim eodem ardore, quo *Horatius*, praemia doctarum frontium ambiatis, quod si athletas *Olympicos*, nautas impavidos, bellatores strenuos industria atque indefesso labore superetis, quod si bonis moribus *Vosmetipsos* a populo fecernatis, atque litterarum studia, quarum scholas *Vobis* iterum aperimus, praesidia atque dulcia *Vestra* decora ducatis: optime *Vobis*, atque reipublicae nostrae litterariae consulitis.

LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IO. HERMANNVS BENNER
Academiae Senior.

Perget exponere *historiam eccles.* per menses aestiuos ad saeculum vsque vndecimum post *N.C.* productam. Singulis *Mercurii* diebus *scholas disputatorias* priuatas in quascunque theologiae partes, aperiet, ad praelectiones de veritate *R. C.* dogmaticae suae iunctas, vel *morales* quoque, aequae paratus.

D. IOHANNES GEORGIVS BECHTOLD
h. a. Decanus.

Publice *collegium fundamentale biblicum* continuabit. Privatim *b. HEILMANNI* compendium *Theologiae dogmaticae*, *Ven. LESSII theol. moralem* & *Ven. ERNESTI interpretem N. T.* ea ratione praeleget, vt singulas has praelectiones intra semestris spatium absolvat. Offert quoque exercitia disputatoria, sive publica sive privata.

LVDOVICVS BENIAMIN OUVRIER,

Hora IX-X. & pom. II-III. theologiam dogmat. ad ductum *D. Danouii*, XI-XII. theologiam polemicam vna cum *Sectarum historia*; hora denique, quae commoda auditoribus erit, praeccepta tradet homiletica, pericopas epistolicas explicabit, & exercitium concionandi instituet.

IOHANNES MICHAËL LOBSTEIN

Lectiones Polemicas & Homileticas continuabit, *Historiam* porro *Ecclesiae Iesu Christi* nuper ad finem perductam *methodo consueta* instaurabit, *Veritatem* denique *Religionis Christianae* ad ductum *Compendii Noeffeltiani* bono cum *Deo* explanabit.


LECTIONES IVRIDICAE.

D. IO. CHRISTOPHORVS KOCH

Institutiones, *Pandectas*, *Ius canonicum* & *criminale* consuetis horis docebit.

D. CHRISTIANVS HARTMANNVS SAMVEL GATZERT

Ius *Germanicum publicum*, *privatum* & *feudale* *sucto more* tradet, *Theoriam Processus* docebit atque *scholas iuris practicas* volentibus aperiet.



D. LVDOVICVS IVLIVS FRIDERICVS HOEPFNER

Ius naturae hora IX-X., *historiam iuris* hora X-XI., *literaturam iuris & ius romanorum antiquum* hora commoda tradet.

HELVICVS BERNHARDVS IAVP.

Horis suo tempore publice indicandis *ius publicum R. G.*, *historiam imperii*, *processum imperii*, & *ius priuatum principum* facto more tradet, ad alia quoque paratus.

LECTIONES MEDICAE.

D. IOAN. GVILIELMVS BAVMER,

Med. Prof. primar.

Hor. IX. Ill. Dni Ioan. Frider. Cartheuseri elementa chemiae dogmatico-experimentalis explicabit, & horis dierum Vii ac Vni pomeridianis experimenta theoriam illustrantia faciet. Hor. X. Dogmata pathologico-therapeutica, vt haecenus consuevit, publice ac solide tradet. Hor. XI. Praemonstratore Ill. Ioan. Zachar. Platnero, in methodo mendi singulis morbis applicata, doctrinam de morbis chronicis eorumque curationibus, rationi longaeque experientiae conuenientem, proponet. Praeterea Dnis Medic. Candidatis, praxin clinicam sub auspicio suo facturis, aegrotos visitandi occasionem praebere, paratus erit.

FRIDERICVS AVGVSTVS CARTHEVSER,

Med. Prof. ord.

Hor. IX-X. in Elementa Pharmaciae Cel. Retzii commentabitur. Doctrinam quoque de succis & humoribus corporis humani explicabit.

D. CHRISTOPHORVS LVDOVICVS NEBEL,

Medic. Chirurg. & artis obstetric. Prof. Ord.

Celeberr. Steinii Compendium artis obstetriciae & Plattneri Chirurgiam rationalem interpretabitur. Die Sabbathi, cognitionem pernecessariam librorum chirurgici argumenti, cum veterum tum recentiorum, tradet.

IOAN. LVDOV. FRIDERICVS DIETZ,

Med. Prof. P. Ord.

Per semestre hibernum alteram Physiologiae partem explicabit. Anatomicis autem praeparationibus & demonstrationibus horas consuetas dicabit.

LECTIONES PHILOSOPHICAE.

ANDREAS BOEHM,

Log. Metaph. & Math. P. P. O. Biblioth. acad. Praef.

Logicam h. IV.; metaphysicam h. V.; mathesin applicatam h. II.; architecturam militarem praeunte Cl. Pirscheri in *den Anfangsgründen der Kriegsbaukunst* tempore auditoribus commodo docebit; bibliothecam publicam tempore consueto aperiet.

FRIDERICVS AVGVSTVS CARTHEVSER,


Physic. Prof. ord.

Historiam naturalem regni mineralis, substrato systemate Woltersdorfiano, hor. VIII-IX. exponet. Historiam naturalem generalem, praeunte Cl. Ebert, bis de hebdomade tradet.

IO. CHRISTOPH. FRIDERICVS SCHVLTZ

LL. Or. Graec. & Ant. P. P. O.

Aeschyli Choeophoras & Sophoclis exponet publice ex noua Chrestomathia tragica hor. I-II. --- priuatim ex fontibus praeleget Genesin hor. II. Matthaeum hor. III. philologico & critice --- Praelectionibus anglicanis vacabit pro more.



D. CHRISTIANVS HENRICVS SCHMID,

Prof. Poeseos & Eloquentiae.

Hora IV - V. Initia Rhetorices ex *Ernesti* initiis tradet, hora V - VI. quae reliqua sunt, capita e *Milleri* Litteratura illustrabit; eademque hora diebus Mercurii & Saturni *Ouidii* libros *Fastorum* explicabit.

ERICVS CHRISTIANVS KLEVESAHL,

Moral. Iuris Nat. ac Gent. P. P. O.

Publice Ius ecclesiasticum vniuersale tam publicum, quam priuatum, *Hora II.* Ius Naturae & Gentium *Darjesio* duce, *Hor. III.* Philosophiam moralem cum Philosophia practica vniuersali coniunctam docebit; in *Horis quibusdam antemeridianis* Theologiam catecheti- cam & Historiam Ecclesiae euangelicae dogmatum succinctam suppeditaturus.

HENR. MART. GODOFR. KOESTER,

Histor. Polit. & Sc. Camer. P. P. O.

Historiam *Vniuersalem* hora VIII - IX. diebus Mercurii & Sabbati ad finem perducet pu- blice, eandemque denuo incipiet priuatim reliquis hebdomadis diebus hora VIII - IX ad ductum Compendii proprii. Hora X - XI. Historiam *Europaeam* ad Compendium proprium pertractabit. Hora XI - XII. Historiam *Ecclesiasticam* ad Compendium Moshemianum doce- bit, Historiam vero *Literariam* ad Compendium Baumannianum hora Auditoribus commo- da. Neque iis deerit, qui Praelectiones in Historiam Imperii Politicam, in Scientias Cam- erales, in Linguam Italicam aut Anglicanam desiderabunt.



LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

IOANNES CHRISTIANVS DIETZ,

SS. Theolog. Professor publ. extraord.

Per instans semestre hibernum collegia exegetica in epistolas Paulli ad Philipp. & Coloss. praxin cum theoria coniuncturus aperiet. In graeca & hebraea lingua suis e fontibus haurienda operam omnem desiderantibus offert.

IO. WOLFG. CONRAD. LINCK,

Pb. D. & P. P. E.

Hor. VIII. *Grammaticam hebraicam* denuo docebit, hor. X. *Scholas cursorias*, hor. XI. *exe- gericas* in V. T. libros continuabit. Hor. II. *Federi institutiones philosophiae moralis*, hor. V. *Epicteti enchiridion* interpretabitur; alia desiderantibus satisfacturus.

DAVID HERMANNVS PIEHL

Consentiente Serenissimo Academiae Nutritore quidem absens est; commoda tamen Vniuer- sitatis quouis modo promouere suo tempore conabitur.



Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciuibus de luculenta *equitandi*, *pugnandi gladio* *salsandique* palaestra, *Gallicae* item & *Italicae* linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.

